aemulatio detrahit fidem. & non tam iudices
quam accusatores uocandi sunt. Tu autem qui
diligis. nequaquam personae. sed rerum promis
sententiam. Quamquam & amor recipiat erro
rem. pulchrumq; sit illud ΘΕΟΦΡΑCΤΙΟΝ.
quod tullius magis ad sensu quam ad uerbum
interpretatus est ΤΥΦΛΟΝ ΤΟ ΦΙΛΟΥΝ
ΠΕΡΙ ΤΟ ΦΙΛΟΥΜΕΝΟΝ. id est amantiu
caeca iudicia sunt. At tamen in istam parte
peccato magis. ut labaris non odio sed amore.
Tertium in osee prophetam dictamur librum.
& ad uaccas bethaben usq; peruenimus. nouisq;
interpretationis uela pandentibus. tu debes illud
propheticum dicere. A quattuor uentis caeli
ueni sps ut celeri cursu auarus insidiantium
scopulos transeuntes. merces dominicas ex om
ni parte saeuiente naufragio ad portus tutis
simos perferamus.

Vaccas bethaben coluerunt habitatores sama
riae. quia luxit super eum populus eius & aedi
tui eius super eum exultauerunt in gloria eius.
quia migrauit ab eo siquidem & ipse in assur
delatus est munus regi ultori. confusio ephra
im capi&. confunditur isrl in uoluntate sua.
LXX. Apud uitulum domus on morabunt
qui habitant in samaria. quia luxit populus
eius super eum sicut irritauerunt illum. &
gaudebunt super gloria eius. quia translata
est ab eo. & ipsum in assyrios ligantes tulerunt
munera regi iarib in domo ephraim suscipi
&. confundetur israhel in consilio suo.

Quaesit bethauen pro qua LXX transtulerunt
domum on. & quis sit rex iarib qui interpraetatur
ultor supra plenius disputauimus. In betha
ue igitur. id est bethel uaccas aureas coluerunt
habitatores samariae. quas cum inrisione non uitu
los sexus masculini. sed uaccas. id est feminas ap
pellauit. Ut uidelic& isrl non solum deos uitulos.
sed deas uaccas colerent. & ut ostenderent uaccas
bethaben. unum in bethel uitulum sentiendum.
non intulit. luxit super eis populus. sed super eo.
id est uitulo aureo. Si autem luxit populus. quare
aeditui eius super eo exultauerunt? Tradunt
hebrei uitulos aureos a sacerdotibus furto esse sub
latos. & pro his aeneos & deauratos repositos.
Cum igitur luger& populus tempore necessitatis
& angustiae. etiam uitulos aureos inter munera
cetera assyriis regibus & maxime regi sennache
rib ab isrl rege esse directos. exultabant aeditui.
quod fraus eorum nequaquam possit argui uel
deprehendi. & hoc est quod ait. aeditui eius.
id est uituli super eo exultauerunt in gloria
populi. hoc est in uitulo quem habebant pro gloria.
Quia migrass& ab eo. id est a populo & transla
tus ess& ad assyrios. & ut sciamus inquiunt.
hoc esse quod dicitur. perspicue sequens uersus
ostendit. Siquidem ipse in assyr delatus est
munus regi ultori. statimq; sequitur. Confusio
ephraim capi&. & confund&ur isrl in uoluntate
sua siue in consilio suo. deprehensa enim fraus.
deauratorum uitulorum regi isrl. litteris indi
catur. unde se placere aestimauerant inde uel

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc254/0092